

Sideraq; & faculae magnum per inane volantes
Fulserunt, tristesq; simul praesagiit iras
Caelestum ardescens horrendo crine Cometes
Prodigiale rubens, eversum & funditus iri
Imperium monuit libertatemq; Quiritum.
Romano Varus cum primus in agmine ductor
Tres in Teutonice legionis perderet arvis,
Ante graves minitata hominum rerumq; ruinas
Arsit stella comans, lateq; incendia sparsit.
Quid? quod & incesti sub tempestate Neronis,
Portenti nulla a vitiis virtute redempti,
Ante, suo quam se transfigeret ense tyrannus,
Ignis visus atrox ab Eoi partibus orbis
Ad latus Hesperium fatales pandere crines,
Auguriumq; tulit mundo, mox affore tempus,
Israëligenum quo gentem, illustris & alta
Tecta Palaestinae niveoq; e marmore structa,
Atq; auro & gemmis radiantia templa Sionis
Exitio miles daret, ac fundamine ab imo
Erueret sanctam disiectis manibus urbem,
Urbem, quam neq; quid terris speciosius usquam
Aequore nec Ponti lustraverat auricomus Sol.
Hoc nostro confirmat idem quae apparuit aeo
Ante decem liquido trieteridas aethere lampas,
Quae,

β
Augusti
Impera-
toris.

γ
Neronis
Claudii Ca-
sarii.

δ
Et item no-
stri tempo-
ris, nempe